

ksanka sunt octo: *persona, res* prout opponitur personae, *essentia seu natura, causalitas, modus, quantitas* continua et discreta, *locus, tempus.*

Iamvero si circa personam versatur interrogatio, ea fiet per pronomen kalla? *quisnam?* Si versetur circa essentiam seu naturam, interrogatio fiet per pronomen kapsin? *quid?, quidnam?* Pariter interrogatio circa caussam fit per kapsin? *cum? cumnam?* Si autem interrogatio versetur circa quinque reliqua suprema genera, interrogatio fit per pronomen kaa?, *quinam?, quuenam?, quodnam?*

Vides igitur considerationem de supremis generibus, prout ea intelliguntur a ksanka, non esse inanem speculationem, quum suo valore practico non careat. Verum generum supremorum momentum plenius intelligetur, quando sermo erit de verbis universalissimis, quae supremis generibus respondent, et de nominibus (*y*), quae cum supremis rerum generibus nexus aretissimovinciuntur.

Exempla. Ex verbis ukwakini, *dico*; ukaklik, *est meum nomen*; nisnilsukni, *est illud quod bonum est*; kakani, *hoc modo se habet*; kasni, *tantum est*; ksani, *tot sunt*; ukwakiltsgamalni, *ibi oro*; kaswusalipni, *tunc mortuus est* prodeunt

kinkaki? <i>dixisseine?</i>	kaa kinakaki? <i>quidnam dixisti?</i>
kinkaklik? <i>est ne tuum</i> <i>nomen?</i>	kaa kinakaklik? <i>quodnam est</i> <i>tuum nomen?</i>
kisnilsuk? <i>est ne illud</i> <i>quod bonum est?</i>	kaa kisnilsuk? <i>quodnam est</i> <i>illud quod bonum est?</i>
k'kaka? <i>hoc ne modo</i> <i>se habet?</i>	kaas kakaka? <i>quonam modo</i> <i>se habet?</i>
kikas? <i>tantumne est?</i>	kakas? <i>quantumnam est?</i>
kiksa? <i>totne sunt?</i>	kaksa? <i>quotnam sunt?</i>
kinkakiltsgamal? <i>ibine</i> <i>oravisti?</i>	kaa kinakakiltsgamal? <i>ubinam</i> <i>oravisti?</i>
k'kaswusalip? <i>tuncne</i> <i>mortuus est?</i>	kaas kakaswusalip? <i>quandonom</i> <i>mortuus est?</i>

Vides ante participia *kakas* et *kaas* ksanka suppressare particulam *kaa*; formae enim regulares deberent esse *kaas kakas*, *kaas kaksa*. Hoc fortasse ideo factum est, quia ista participia fre-